moveretur Deus ad duplicem benignitatem; quaſi Deus, jam cognomento Dominus, otioſè nomen cuperet, ſi quid operis non abjiceret. D. Athanaſ. Sinaita l.7. Hexamet. *Poſtquam nomen duplicavit opificis, conduplicavit & facta opera non pauca in illis faciens additamenta*; ut nempe dupliciter inſerviunt viſui, & guſtui.

Sinaita.

215\. Ab Abrahamo Hebræo vocati ſunt ejus filii Hebræi, ut tenent Euſeb. l.11. de Præpar. c.4. D. Chryſhom. 83. in Gen. Orig. hom.19 in Num. Theod. q 60. in Gen. nā Abrahamus dictus eſt Hebræus: *Unus qui, evaſerat, nuntiavit Abrahamo Hebræo*, id eſt, tranſitori. Gen.14. n.13. Inde ergo, Dei providentia, nepotes non Abrahamides, non Jacobiti, dicti ſunt, ſed Hebræi; id eſt, tranſitores, ut ex ſuo nomine admonerentur, quod tranſeundum erat ex hoc ſæculo ad aliud ſuperius, & cœleſte. Sic ait cit. Euſeb. *Ipſa gentis appellatione, tranſire à terrenis ad cœleſtia, & ad creatoris cognitionem migrare, admonentur.*

Euſeb. D. Chryſ. Origen. Theod. Gen. 14.

Ex nomine tranſmigrandum à terrenis.

Quæstio XXIV.

Quo affectu, quàve intentione ſancti Martyres clamant ad Deum, judica, & vindica ſanguinem noſtrum.

216\. Alcazar. Primò vult, ſanctos Martyres petere vindictam contra Judæos Chriſtianorum primitivæ Eccleſiæ interfectores, ac hæc vindicta, & excidium Jeroſolymitanum per Titum filium & Veſpaſianum patrem jam ferè p.25. facta erant, & prætererant; quomodo ergo animæ ſanctæ id, quod jam factum erat, ut facturum optant? deinde hoc refert Alcazar ad ſolùm interfectos per Judæos, cùm referendum ſit ad omnes Martyres, cùm in omnibus ſit eadem ratio; omnes enim optant diem Judicii, ut gloria corporis eis detur; & tyrannis debita pœna ſupplicii; & ideò eis dicitur, ut quieſcant, quoad uſque compleatur numerus conſervorum, ſcilicet omnium electorum; quo adimpleto, erit dies Judicii.

Alcazar.

Rejicitur hoc opinio.

217\. Cornel. à Lapide, Menoch & alii dicunt, quod juxta Hebræum, ac Græcum, vindicare, ſignificat, liberare; ſic vidua illa ait Judic Luc. 18. n.3. *Vindica*, id eſt, *libera me de adverſario meo*. Modū autem, quo petunt liberari, explicat Cornel. Primò, petunt, ut Deus eorū ſanguinem injuſtè effuſum, & corpora injuſtè occiſa, quæ adhuc in hac injuſta occiſione, & morte manent, & detinentur; ſibi reſtituat. Secundò, ut Deus liberet Eccleſiam, ac fideles à perſecutorum tyrannide.

Cornelius. Menoch. Luc. 18.

218\. At hæc ſententia non placet; nam vindicare ſanguinem fuſum alicujus, non eſt, illum liberare; nec eſt de ſimili illud de Vidua Luc. 18. Nam ex contextu forma loquendi eſt diverſa; nam vindica me de adverſario meo, propriè denotat liberationem, cùm adhuc multa reſtarent, quæ poterant inferri ab adverſario, à quibus poterat vidua liberari; At fuſo ſanguine Martyrum, nihil erat, quod poterat liberari de manibus tyrannorum; & illi jam nihil amplius poterant facere, ac in integrum Martyribus reſtitui: completum eſt illud Chriſti D. Luc. 12 n.2. *Nolite terreri ab his, qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant.*

Refititur etiam hæc ſententia.

Luc. 12.

219\. Simpliciter dico, quod ſancti Martyres directè, ac primariò petunt à Deo ſuarum injuriarum, ac perſecutionum punitionem, ac condēnationem, ſimulcum præmio ſua morte ſuiſque ærumnis, pro gloria, ac fide Dei commerito. Ita D. Aug. Beda, Primaſ. Ansbert. Haymo cit. p. ſeq ſequuntur communiter recentiores. Rib. Joan. de la Haye, & Ferr. Malum enim, nō eſt optare, & poſcere vindictā malorum per Dei manum, ejuſque Judicium exercendā. Sic dicitur. Gen.4. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Sicut enim malum non eſt ſed bonum, per tale judicium à Deo talem vindictam conſtitui, & executione mādari; ergo nec etiam, illud optare. Nihil glorioſius Deo, quàm ſuam poteſtatē & Judicium exercere in tyrannos, perſecutores bonorum, divinum Imperium, ac poteſtatē negligentes, ac irridentes, ſic maximè conſentaneum eſt juſtis, tale judicium, & poteſtatem explorare pro Dei gloria, ut ejus imperium, ac poteſtas ab omnibus timeatur, ac revereatur.

Vera ſententia. D. Auguſt. Beda. Primaſ. Ansbertus. Ribeira. La Haye. Ferrar. Gen. 4.

220\. Unde dicitur Pſal.67. n.11. *Lætabitur juſtus, cùm viderit vindictam: manus ſuas lavabit in ſanguine peccatorum.* Hinc hanc vindictam poſtulant à Deo Pſal. 78. n.10. *Ultio ſanguinis ſervorum tuorum*; Caſſiodorus legit: *Vindica ſanguinem ſervorum tuorum.* Arabicus: *Vindica ſanguines ſervorum effuſos.* Nam ſecundum rectam rationem, iniquo ac iniquitati non minus debita eſt punitio, ac juſto, & virtuti retributio: ergo utrumque expeti poteſt; quod quidem intenditur ex zelo juſtitiæ, non verò ex livore malevolentiæ: Malevolentia non reſpicit debitum, ſed ſatisfactionem odii, & paſſionis expletionem, quod malum eſt, & non datur in ſanctis Martyribus; non enim ex tali affectu vindictam, & punitionem depoſcunt, ut jam dixi; & latiùs explicabo quæſt. ſequenti.

Pſalm. 67. Arabic. Caſſiod. Pſalm. 78.

Petere vindictam ex malevolentia malum, ex Zelo juſtitia bonum.

221\. Clamant ſancti Martyres: *Uſquequo Domine, non judicas, non vindicas ſanguinē noſtrum?* Ecce ut clamant animæ interfectorum, & vindictam poſtulant de ſanguinis ſui effuſione; ſicut & Abel, ut teſtatur Divinum numen. Gen.4. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Nec aliud ſcit clamare hominum effuſus ſanguis quàm vindictam, ſive in terra ſit, ſive in ipſo cœleſti ſacrario; unus eſt Chriſti ſanguis, qui quocumque fuſus appareat, veniam, & miſericordiam clamat; & ideo de ſanguine Chriſti ait Apoſt. ad Hebr. 12. n. 24. *Melius loquentem quàm Abel.* De quo audiendus eſt Rupert. l. 3. in Gen. poſt adductum citatum Apoſtoli locum ſic ait: *Nam ſanguis ille* ſcilicet Abel, *unius tantùm hominis nefarium ſcelus accuſabat: hic verò* id eſt, Chriſti, *pro omnibus interpellat, & univerſorum peccata excuſat; ipſos quoque, qui fuderant illum, ad pœnitentiam invitat.*

Gen. 4.

Sanguis Martyrum poſtulat vindictā, Chriſti verò veniam.

Hebr. Rupert.

222\. Crudeles illi agricolæ, videntes Domini ſui filium univerſalem omnium bonorum hæredem, *ejecerunt eum extra vineam, & occiderunt.* Matth. 21. n. 39. Magno ſanè myſterio ordinatum eſt, ut non intra ipſam vineam, hoc eſt nō intra ipſam civitatem Hieroſolymam, ſed extra illam occiderūt Jeſum. Et cur non intra ipſam civitatem occiditur Jeſus, ſed extra illam? Ideo ſanè ſic proviſum fuit à Deo, ne meus Jeſus intra illam civitatem, nequitia plenam, interficeretur; ne ſi ſanguis ejus ibi deflueret, veniam clamaret, & obtineret, ut imminentem illius deſolationem, ac debitam pœnam declinaret, ac effugeret.

Matth. 21.

effugeret. D. Chryſ. in Imperfect. homil.40. in Matth. *Ejecerunt eum extra vineam, deeſt, extra civitatem Hieruſalem; & Judæi ſuo conſilio ejecerunt eum; & Deus ſuo conſilio ejici eum ordinavit. Iſti cogitabant, ne virtus reſurrectionis ejus, civitatem ſcelerum ſalvaret*, ut, Divinum conſilium de excidio Hieroſolymitano adimpleretur ordinavit Deus, ne Jeſus interficeretur in illa civitate; ne virtus tanti ſanguinis effuſi civitatem ſalvaret, ac cuſtodiret ab omni malo; ubicumque enim ſanguis ille ſanctiſſimus apparet; ſimul & apparet reſurrectionis virtus, & omnium ſcelerum extinctio.

Sāguis Chriſti, ubi apparet, miſericordiam clamat.

223\. Mandavit Deus in arietum immolatione? *Fundéſque ſanguinem per altare per circuitum*, Exod.29. n. 20. Sanguis iſte ſanguinem Chriſti præfigurabat, qui in illius victimæ ſanguine adumbratur, & funditur ſuper altare in circuitu; quia ſanguis Chriſti in altari poſitus, ex omni parte miſericordiam, ac indulgentiam poſtulat: ſed quomodo ſanguis Chriſti de altari miſericordiam poſtulat, cùm animæ interfectorum propter Verbum Dei; hic ſub altari vindictam, ac punitionem clament? Vide quantùm diſtat unus ſanguis ab altero; ſanguis Martyrum de altari vindictam clamat; ſanguis Chriſti de altari miſericordiam ſolicitat; D. Ambroſ. Epiſtol. ad Simplician. *Quod verò*, ait, *ad altare effundit ſanguinem, intelligere licèt oblationem mundi, remiſſionem omnium peccatorum. Etenim ſanguinem illum ad altare, quaſi hoſtiam, effudit, eſt multorum exhaurienda peccata.* Ubicumque ille diviniſſimus ſanguis effunditur; omnia mundat; ſalutem præparat, & indulgentiam impetrat.

Exod. 29. Sanguis Chriſti mundat, & ſalutem præparat.

D. Ambr.

Quæstio XXV.

Utrùm ſancti Martyres vindictam poſtulantes, agant contra charitatem, ac præceptum diligendi inimicos?

224\. Clamant ſancti Martyres: *Uſquequò, Domine, non judicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra?* Quod ex ardenti juſtitiæ zelo petant judicium de ſuis injuſtè perſecutoribus, à Deo oppreſſorum judices benè ſe res habet; At verò quod vindictam, & acerbam ultionem poſtulent, forſitan non decenter fieri videbitur; Martyres in terris, velut inſenſibili patientia, ſuſtinuerunt atroces cruciatus, præceptum Domini adimplentes: *Diligite inimicos veſtros; orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos*: Matth.5. n.44. nunc verò in cœlo, quaſi moræ impatientes, per acerbam vindictam adverſus ſuos perſecutores expoſcunt. Tantæne animis cœleſtibus iræ, & zelus vindictæ concitator.

Difficultas quæſtionis.

Matth. 5.

225\. Ferrarius hic q.1. ait, quod præceptum diligendi inimicos, non eſt pro beatis in patria; nam qui eſt in termino, ac fine, jam non movetur ad ipſum finem; at præceptum dilectionis inimicorum datur, ut perfecta charitas acquiratur; Atqui, beati jam ſunt in perfecta, & conſummata charitate; ergo tale præceptum non eſt pro ipſis beatis; non facit autem contra præceptum, qui non habet præceptum. Quamvis hæc admittantur ex ſuperabundantia; difficultas ſemper viget; quia voluntas beatorum, cum ſit perfectè fundata in charitate, debet omnibus intendere bonum, & nulli nocumentum. Unde.

Ferrarius.

Sancti apud Deū regnantes, non ſunt ſubjecti præ-[...]

226\. Reſpondet primò, D. Greg. l.2. Moral cap.6. *Quomodo dicuntur*, ait, *vindictam deſiderare, qui & voluntatem Dei, certum eſt, & ea, quæ futura ſunt, non quod quidquam deſiderent, quod ab ejus voluntate, quem cernunt, diſcordat; ſed quò Deo mente ardentiùs inhærent, eò etiam de ipſo accipiunt, ut ab ipſo petant, quod ipſum facere velle noverunt. Diſcordarent ergo à voluntate conditoris ſi quæ eum velle vident, non peterent.* Ita etiam Beda. Haymo, Ansbertus, & alii, Volūtas beatorum maximè unita, & conformis eſt cum voluntate Divina; cùm ergo ipſi videant, Deum velle eorum perſecutionibus ac tyrannis vindictam, ac punitionem; à qua voluntate nequeunt beati diſcreparet; unde etiam idem ipſi volunt, & cupiunt, ut talis voluntas Dei impleatur, & tali impletione gaudent.

D. Greg. Sancti in cœlo petendi voluntatem à Deo accipiunt.

227\. Confirmatur, quia ſi Sancti in terris, ut Stephanus, pro ſuis perſecutoribus orabant, ex eo erant, quia non cognoſcebant eos determinatè, ut reprobos; & ut tales poterant habere erga eos charitatem, ut pro illis orarent, ſaltem in generali; at verò ſi quis cognoſcitur determinatè, ut reprobus, non debemus in eum uti charitate, ac pro illo orare. Unde Samuël reprehenſus eſt à Deo: *Uſquequò tu luges Saül, cum ego projecerim eum?* Reg 16. n.1. cùm ergo Beati in patria viderent, in Divina voluntate affectum juſtitiæ, ac vindictæ erga eorum perſecutores; inde etiam ipſi talem habent affectum.

Erga quos debemus habere charitatem.

228\. Hæc ſententia D. Greg. ac aliorum PP. mihi videtur valde conformis ad literam. Voces Beatorum, ſunt eorum deſideria, ut ſupra explicavi q. 23. in limine, Animæ juſtorum, quæ apud Deum ſunt in ſua beatitudine cùm in Dei voluntate videant decretum abſolutum, & efficax infligendi pœnam in ipſorum perſecutores, inde beati erga eos non exercent actum charitatis; ſed talem juſtitiæ affectum, cùm videatur, Deum id velle; nam Chr. D. præcipit diligere inimicos, non propter ipſos inimicos ſed propter Deum ut oſtendunt illa verba. Matth. 5 n.45. *Diligite inimicos veſtros, &c. ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos.* Cùm autem in propoſito caſu, imitatio Dei, ac conformitas cum ejus voluntate aliud poſtulet, inde Beati Deum imitantes erga ſuos perſecutores non habent actum charitatis, ſed affectum juſtitiæ, cùm abſolutè videant talem affectum in Deo.

Explicatur; & proponitur vera ſententia.

Matth. 5.

229\. Secundò, D. Aug. ſerm. 11. de ſanct. *Petunt autem*, ait, *vindictam de inimicis, duobus modis, & hoc cauſa charitatis, ut ſcilicet qui ad vitam æternam prædeſtinati ſunt, convertantur à malo ad bonum: qui verò præſciente Deo, damnandi ſunt, moriantur, & peccare deſiſtant, ut per hoc minorem pœnam in inferno habeant; ubi unuſquiſque ſecundum qualitatem operum, ſuſtinebit magnitudinem pœnarum.* Hæc Martyrum poſtulatio à charitate provenit, ſed diverſo modo erga reprobos, & erga prædeſtinatos, ſeu emendandos; erga reprobos, ut minorem habeant in inferno pœnam; erga emendandos, ut ſuſcipiant novam vendicationem, & à malo reſipiſcant.

D. Auguſt.

Ex motivo charitatis ſancti poſtulant vindictam.

230\. Tertiò addit Sanct. Doct. citat: *Sancti petunt de reprobis vindictam; quia optant venire extremum diem judicii, & reſurrectionem ſuorum corporum*

D. Auguſt.

D. Greg. D Bernard. *Deſiderant Beatig orium ſuorum corporum.*

porum præſtolantur. Item D. Greg. l. 2. Moral. c. 4. & D Bernard apud Tilman. *Dicunt, ait, vindica ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt: non tanquam vindictæ cupidi, nec de propriæ ultionis zelo; ſed ex deſiderio reſurrectionis, & glorificationis corporum ſuorum, quam uſque in diem Judicii differendam eſſe, non dubitant.* Ac ſi doceant Patres, quòd indirectè tantùm petunt, & deſiderant Martyres vindictam quatenus in eo quod deſiderant, includitur vindicta, nimirum in extremo judicio ab ipſis optato, quod non poteſt eſſe ſine vindicta, & punitione malorum.

Moraliter. Tanta erit gloria corporum bea-
231. torum, ut ipſa palamà damnatiſſimis interfectoribus ſpectata, & cognita ſit erga ipſos interfectores magnum tormentum, quo ſuper modum torquebantur; ut etiamſi infernali comburantur gehenna tali gloria inſpecta, emphaticè dicatur ultio, ac pœna, quam ſancti de ſuis perſecutoribus glorioſè ſument, ut tali gloria inſpecta, maximè torqueantur eorum perſecutores.

Quartò D. Auguſt. l. 1. de ſerm Dom. in mon-
232. D. Auguſt. te. c. 42. ſic ait: *Illud in Apocalypſi legimus, Martyres orare, ut vindicentur. Sed hinc non oportet moveri. Quis enim audeat affirmare, utrum contra ipſos poſt homines an contra regnum peccati petierint? nam ipſa & juſtitia, & miſericordia vindictæ Martyrum ut evertatur regnum peccati, quo regnante ſancti perpeſſi ſunt: deſtruitur autem partim correctione, partim damnatione perſeverantiũ in peccato.* Quid ſancti à Deo ſupremo omnium

Dei judicio, non homines peccatores. ſed peccati. regnum deſtruendum.

judice expectarent, niſi juſtitiæ formam, ac ideam totius Judicii; Nimirum dum ſuos perſecutores, tot criminum reos, coram divino tribunali ſiſtunt, non ipſos delinquentes, ſed regnum peccati deſtrui expoſcunt, quod fit *partim correctione, partim dominatione.* Sceleri, ac crimini iraſcuntur; parcunt verò ſceleroſo; dum vindictam ambiunt de commiſſa offenſa, correctionem, ac emendationem poſtulant; offenſori ignoſcunt, dum homines, ac peccatores deſtrui, non intendunt, ſed ut *peccati regnum evertatur.* Non petunt punitionem (in naturam, ſed in regnum peccati) quod omnino everti volunt.

233. Pſalm. 2. Pſalmo 2. Introducitur Æternus Parens loquens cum Filio ſuo IeſuChriſto: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam, terminos terræ*; ſeu ut alii legunt; *uſque ad terminos terræ*, & ſubdit n. 8. *Reges eos in virga ferrea; & tanquam vas figuli confringes eos, & nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram.* Magnum, & altum documentum hîc datur; nam Reges terræ, ac Judices convocantur, ut ex illo eruditionem, ac diſciplinam accipiant: *Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram*; & quænam hæc tam alta eruditio? Ipſos populos, & gentes, *Reges in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Vas teſtaceum virga ferrea percuſſum, irreparabiliter perit, ac deſtruitur ruina, ut jam ad nihilum valeat ultra; Quomodo ergo fieri poteſt, ut Æternus Pater, cujus natura eſt ſumma bonitas, det Filio ſuo gentes in hæreditatem, & poſſeſſionem, ut eas diſperdat, deſtruat, ac confringat, tanquam vas figuli percuſſum virga ferrea? Et quomodo fieri poteſt, ut Dei filius, æterna ſapientia, accipiat gentes in hæreditatem, ac poſſeſſionem ſuam, & regnum ſuum, ad eas deſtruendas, ac diſſipandas; præcipuè cum regnum ejus ſit in æternum; *cujus non erit finis?*

Luc. 1. *Virga ferrea vitium frangit; homines ſublevat.*

Luc. 1. Perpende: in ipſis gentibus, quæ datæ ſunt Filio Dei in poſſeſſionem, & regnum, duo eſſe conſideranda, vitium idololatriæ, quod in eis regnabat; & eſſe humanum, ſeu naturam humanam, quæ in eis erat, Chriſtus veniens in mundum accepit gentes, in hæreditatem, & regnum ſuum, ut in efficacia ſuorum verborum, tanquam virga ferra, confringeret vitium idololatriæ, tanquam vas figuli; nam Chriſto apparente; tunc idololatria deſtructa eſt, juxta illud Prophetæ; *tunc auferentur Idola Ægypti.* At Chriſtus accepit gentes in hæreditatem ſuam, ut ſecundùm eſſe humanum ordinaret, & ſublevaret in regnum æternum, cujus non erit finis. Vitium deſtruxit, naturam mundavit, ac purificavit. Patres Græci in Catena. Sic doctè dubitavit: *Quis dat hæreditatem, ut conteratur ab hærede?* Reſpondent: *Intelligamus contritionẽ, quam Chriſtus operatur, ut id, quod in nobis materiale, ac terreſtre eſt, à paſſionibus, ac malitiæ proprietatibus reſcindit; quia etiam hoc de gentibus dictum, alio ſenſu non incongruum erit intelligere. Rexit enim illos potenti regno ſuo, atque contrivit, ut ipſos per regenerationem reformaret.* Expende illud: *Ut id, quod in nobis materiale, ac terreſtre eſt, &c.*

Patres Gr.

Ait Paul. Rom. 12. n. 18. *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus pacem habentes*, ſeu ut habet Benedict. Juſtinian. in ſua gloſſa: *Pacem & amicitiam habentes*: Et tamen ipſe Apoſt. 1. Corinth. 5. n. 9. ait, *Ne commiſceamini fornicariis.* Et iterum n. 11. & 15. *Qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cum ejuſmodi, nec cibum ſumere* id eſt, ut explicat D. Ambroſius: [Evitate eos, nec cum eis habeatis amicitiam, converſationem, & commercium.] Nunquid Apoſtolus ſibi contrarius eſt; dum ad Romanos dicit, habere amicitiam, & pacem abſolutè cum omnibus; nunc verò ſcribit, cum rapacibus, maledicis, ebrioſis non habere commercium, nec amicitiam. Apoſtolus maximè ſibi cohæret docet enim, cum homine habere pacem, & amicitiam; at verò à vitio, & turpitudine, ſi inveniantur in homine, omninò fugiendum, nullúmque cum eo habendum commercium, & amicitiam. Theophylact. ad cit. locum Roman. *Ig[illegible], quod tui officii eſt, facias; nec cuipiam occaſiones præbeas bellorum, vel tumultuum, ſin pietatem debellari, impugnarique conſpexeris fortiter conſiſte pro veritate dimicans; non homini quidem infenſus, ſed impietati: Illum ipſum miſerans, ipſámque duntaxat impugnans.* Ultima verba maximè conſiderata ad rem noſtram.

234. Rom. 12. Benedic.

1. Cor. 5.

D. Ambroſ.

Habenda eſt pax cum homine, vitium verò fugiendum.

[illegible]ecp.

Quæſtio XXVI.

Quare ſanctis Martyribus, cum jam appareant in gloria, dicitur, eis dari ſtolas albas.

Quantum diſtat divina conditio ab hominum natura, homines vix dant quid quam, præter verba; & ſi quid dant, multa præmittunt verba. Deus factis antevertit verba, & plus donat quàm petatur, Sancti Martyres in præſenti ſtolas non petũt; & tamen præter id quod petunt, ſtolas albas accipiunt; & ante omne Dei reſponſum eas accipiunt.

235. *Deus plus dat, quàm ab eo petitur.*

236. Certum eſt in præſenti, ſtolas albas non accipi in ſenſu materiali, nam ſtolæ materialiter ſumptæ, veſtes ſunt, quibus Spiritus veſtiri non poteſt, quales animæ Sanctorum ſunt: erat enim ſtola mulieris non vulgaris, plebeiæ, ſed nobilis & honeſtæ, uſque ad imos pedes demiſſa, ſic canit Horat. lib. 1. ſerm. Satyra 2.

Ad talos ſtola demiſſa, & circundata palla.

237. *Quid in Scriptura ſignificet ſtola.*

Ex quo apud antiquos mulier illuſtris, & primarai ſtolata vocabatur; togata verò plebeia, & inferioris notæ.

Gen. 14. 1. Par. 15. Eſther. 15. Apoc. 7.

In Scriptura ſtola non tantùm dicitur de mulieribus, ſed etiam de viris; & ſignificat veſtem honorificam, & glorioſam: nam Gen. 42. n. 42. Pharao veſtivit Joſeph ſtola byſſina. 1. Paral. 15. n. 27. David erat indutus ſtola byſſina. Mardochæus Eſther, 6. n. 11. ab Amã indutus fuit ſtola, & equo impoſitus, juſſu Regis Aſſueri, volentis Mardochæum honorare; ex quo in ſenſu ſpirituali, & metaphorico, ſtola alba ſymbolum eſt gloriæ & felicitatis æternæ; & patet ex cap. ſeq. n. 13. & 14. gentibus ſtantibus coram throno Dei dantur palmæ, & ſtolæ. De ſapientia dicitur

Eccl. 7.

Eccleſ. 6 n. 30. *Erunt tibi torques illius in ſtolam gloriæ*, & n. 31. *Stolam gloriæ indues eam*, Et Iſai. 6. n. 1. de Chriſto D. dicitur *Iſte formoſus in ſtola ſua.* Et ita docet D. Greg. in Pſ. 4. Pœnit. verſ. 10. D. Auguſt. ſerm. 11. de ſanctis. Beda D. Anſelm. Richard. Haymo, Ansbertus, & alii communiter.

Iſai. 63. D. Gregor. D. Auguſt. Beda. D. Anſelm. Richard.

238. D. Bernard. Andr. Cæſ.

Quid ergo ſtola ſignificet in præſenti, inquirit præſens quæſtio? D. Bern. ſerm. 3. in feſto omnium Sanctorum Andræas Cæſar. & alii per has ſtolas albas intelligunt puritatem, quietem, & ſpem veram, & certam beatitudinis.

239. D. Auguſt. D. Greg. Richard. Beda. D. Bern. Timan.

Simpliciter tamen tenendum eſt cum D. Auguſt. citato, & D. Gregorio, Richardo, Beda, & etiam D. Bernardo apud Tilman. hoc loco; ſtolam albam hîc denotare ipſam gloriam, & beatitudinem animæ, proindeque lumen gloriæ, viſionem, ac fruitionem Dei; & conſequenter humanitatis Chriſti, & Virginis Mariæ Sanctorumque Angelorum, ac Beatorum omnium. Hæc enim gloria, veluti ſtola alba, animam à corpore ſeparatam vertit, condecorat & exornat. Alba eſt, quia lucida, & ſplendida; & etiam quia album, ſymbolum eſt innocentiæ, & puritatis Martyrum; quibus in præmiũ donata eſt, ſicut Joſeph eductus de carcere, nobili ſtola veſtitur ut dignè appareat in aula Regia? ſic Sanctorum animæ eductæ de corporis carcere, ſplendidiſſima ſtola exornantur, ut dignè appareant in palatio ad Dei conſortium.

Stola ſignificat gloriam.

240. *Signata dicuntur ſingula.*

Et notanter apponitur illa particula, *ſingula*, ad ſignificandum, unicuique dari ſuam ſtolam accommodatam ipſi, ipſiúſque magnitudini meritorum; & ad denotandum aliam eſſe ſtolam, quæ differtur in aliud tempus pro corporibus Martyrum, quæ nunc non datur, ſed dabitur, cùm completi fuerint conſervi eorum & fratres, & fiet judicium.

241. Quæſtio tamen principaliter inquirit, quar cùm Martyrum animæ appareant nunc in gloria, tamen dicitur, eis dari ſtolas albas? Interfectorum animæ collocantur ſub altari, ut jam exiſtentes in Paradiſo, & cùm jam ſint propriæ ſanguine laureatæ, ad quid novis ſtolis albis veſtiuntur? quid glorioſius, quàm de proprio ſanguine, mira fortitudine effuſo, rubentes ſibi veſtes, ac coronas attexere? Et ſi non datæ ſunt ſtolæ albæ quomodo beatitudinẽ ſunt ingreſſæ; ad cujus ingreſſum videbantur ſufficere ſtolæ lavatæ ſanguine? Ad quid ergo dantur ſtolæ albæ? Rupertus hic: *Notandum ait, quod non dictum ſit tantummodo: datæ ſunt illis ſtolæ, ſed ſtolæ albæ: nam ſtolas quidem habebant; id eſt, illam, propter quam interfecti fuerant, verbi Dei, ſive teſtimonii juſtitiam; ſed illæ ſtolæ nondum albæ erant.* Rubentibus jam ſtolis ex proprio ſanguine fulgebant ſancti Martyres; tamen ſtolis albis induuntur; quia non ſolùm apparent in beatitudine, ſed etiam quia ſub altari; quia ut ait D Auguſtin. ſerm. 11. de ſanct. *Rectè ſub altari juſtorum animæ requieſcunt, quia ſuper altare corpus Domini offertur*: De quo egi quæſt. 21. In beatitudine jam erant cum ſtolis, proprio ſanguine rubentibus; tamen dicitur donari eis ſtolas albas; quia prope altare erant: ut inde inferas, quàm eximiam puritatem acceſſus ad Euchariſtiam requirat, ut animæ Sanctorũ in gloria conſecratæ, albis induantur, novis, ſi fas eſt dicere, candoribus exornantur: non augentur in cœlo merita, nec veſtimenta mutantur; ſed hoc dictum, ad noſtram eruditionem, ideò enim ſacra Scriptura his ſymbolis utitur, ut nos viatores inſtruamur, quanta puritas neceſſaria ſit ad ſacram Euchariſtiam conveniendum, ita ut ad illum acceſſum, magis, ac magis ſit cor purificandum; & magis, ac magis ſit mundandum.

Rupert.

D. Auguſt. *Omnis puritas ac ſanctitas, pauca ad acceſſum Euchariſtiæ.*

242. Hebr. 13. Recipit Abrahamus tres Angelos hoſpitio, ut habet Paulus. Hebr. 13. num. 2. quos ipſe ex geſtu, modo, converſatione, ac verbis Angelos eſſe cognovit: ait tamen eis; *Ne tranſeas ſervum tuum, ſed afferam pauxillum aquæ, ut laventur pedes veſtri.* Gen. 18. n. 4. Si Angelos cognoverat, ad quid offert aquam ad abluendos pedes quid habet ablutio cum Angelis, qui ſunt meri Spiritus? paraverat eis Abrahamus convivium: *Feſtinavit in tabernaculum ad Sara, dixitque ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes: ipſa verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum.* Gen. 18. n. 6. & 7. In quo vitulo tenerrimo ſuper mẽſam, Chriſtus D. in Sacramẽto Euchariſtiæ præfigurabatur, ut docẽt Ambr. lib. 1. de Abraham, c. 6 & alii PP ac communiter Recentiores, inde optimè ait Abraham. *Afferam pauxillum aquæ, ut laventur pedes veſtri*, Angeli etſi puriſſimi ſpiritus; ut ad Euchariſtiæ menſã cõveniant, oportet ut abluantur; nã in Angelis ſuis reperit pravitatem, ut inde tu habeas magnam diſciplinã quali pectore eam debeas ſumere: nã ſi puritas Angelica, ut ad typum hujus Sacramenti accedat; magis ac magis, ut ita dicã, debet mundari, ac purificari; quãtò magis tu, qui non figurã, ſed ipſũmet Sacramentum ſumis, & intra te recipis.

Gen. 18. D. Ambr.

Communitatus puritatem Angelicam tranſcendat.

243. Poſt finitam cœnam legalem, ac uſualem, ut ſatis explicavi, tom. 5 in Evang cap. 5. expoſit. 2. n. 97. ſurgit Chriſtus à cœna: *Et cœpit lavare pedes diſcipulorum.* Joan. 13. num. 4. Ad quid Chriſtus ſuorum diſcipulorum pedes lavat, Communiter dicitur, ut explicavi citato loco. tom. 5. lib. 7. c. 5. q. 26. quia volebat Dominus, ſacram Euchariſtiam inſtituere, & ſuis Apoſtolis miniſtrare; atqui omnes ipſi Apoſtoli, uno excepto Juda, erant in gratia, ſancti, ac